

Andreas Duthius Paulus Manutius.

Epistola prima de nummo Romano.

Persolvam aliquando fidem meam in eo, quod eram pollicitus de nummo Romano, quod si serius quam volueris, occupationibus ignosce, et liberiora ac fortasse meliora, cum plus otii nacti erimus, expecta; vade enim gratulabor studiis meis, cum ea servare, studiis suis intelligam, quae me nunc cupiditas impulit, ut quae dispersa viderem in libris de hac ratione nummaria leguntur, ea tibi summatim explicarem, distributa in decem epistolas, quando perpetuum commentarium texere, quod aliquando cogitavi, per negotia, quibus interpellor creberrime non licebat. Sit igitur in hac doctrina primam ante Servii Regis tempora, id est per annos ab U. C. CLXXXIII. usum signatae monetae Romae nullam fuisse, neque aere neque argentea neque aerea, radi aere utebantur, nummosque pondere non figura distinguebant. Signatum est autem primum aere, ut dixi, regnante Servio, deinde argentum anno CDXXCIII. C. Fabio, L. Quinctio Cos. Pyrrho Rege superato, quingenis annis ante primum Punicum bellum: postremo aurum, anno DXLVI. Nerone et Salinatore Cos. siquidem aureum nummum post annum LXII. quam argenteum, percussum esse, ex Plinio cognovit. Aere moneta nota pecuniam signata, unde pecuniae nomen generale fluxit, quod postea de argentea aureae, moneta, licet aliam nomen preferente, usurpari coepta est. Ac ne mirere, quod in ea urbe, in qua civium capita haud paulo plura, quam hodie in quavis urbium Italicarum florentissima, censerentur, usus non modo aurei, verum etiam argentei nummi tam diu sit ignoratus; idem scito venetis nostris contigisse; ubi anno demum post initia nostra salutis DCCCXV. argentum percussam esse, idque orso Patricio a Conrado I. Imperatore concessum esse, apud Philippum Bergomatem scriptum est, quod etiam post annos CCXXXV. qui fuit annus nostra salutis M. CXLV. permissum a Genovesibus a Conrado secundo, idem narrat. Sed redeo, unde diverti; Minimus inter aereos nummos sextula, maximus Centassis fuit, ut omnium frequentissime tractabatur, majoresque summae ad asinum numerum, ante septimum percussam, qui nummus argenteus fuit, redigebant; unde prima classis in censa Servii Regis, eorum, qui centum nullia erant, ut ait Livius, vel, ut Plinius, centena dena nullia asinum, vel ut Festus, centena vicena nullia, vel, ut Gellius, centena vicena

quina millia possiderent; aris autem dixit Livius pro assibus. et
Varro, Treptis inquit, ex tribus aris: quod sic pro assibus non nunquam
as dicebant antiqui, à quo dicitur mille aris legasse. Hærei a-
cujusque nummi nomen et pondus, quod erit hujus epistola argimen-
tum, subscribam; nam de argenteis et aureis mox, ut ordo po-
stulat, agemus.

Sextula sexta pars unciæ, unde nomen ducit

semioncia semioncia

unciæ, duodecima pars assis, qui libralis primus fuit.

Sextans sexta pars assis,

quadrans quarta pars assis

triens tertia pars assis.

quincunx ratione ponderis trientem sequebat. Nam ut triens
à tertia parte assis, id est, à quatuor unciis, nomen sumpsit, sic
quincunx à quinq; unciis vocatus est. verum hic non reperitur
in libris ut nummus, sed tantum docendi causa, ut quincunx
usure, cum ex centum nummis quinq; pædebant, assis nomine
ob duodecim unciarum pondus duodecim nummorum pensionem
pro centenis acceptis significante, quæ menstrua centesima fuit,
usuraram omnium gravissima.

Semis dimidium assis, id est unciæ sex:

Septunx ex duodecim unciis septem; verum scito nummum non fuisse
dictum tamen esse auri septuncem, ut pondus indicaretur, et inde
translatum esse ad mensuras agrorum, ut septem jugeri partem
Septunx vocaretur.

Bes ex duodecim unciis octo, de tribus assis partibus duæ.

Dadrans ex duodecim novem, de quatuor assis partibus tres.

Dextans ex duodecim decem, de sex assis partibus quinq;

Deunx ex duodecim undecim, ad unciarum duarum pondus redactus

est qui nec esse nummus fuit, sed pondus tantum aut mensura.

As, qui et as est assipondium, duodecim unciarum, postea detractis

quinq; partibus est sex, id est, unciis decem ex duodecim, ad unciarum

duarum pondus redactus est, primus Suncio belles, eadem causa unci-

lis factus, postremo semuncialis lege Papiria. Adit Plinius, quo tem-

pore constitutum est, ut asses sextantario pondere ferirentur,

cum in aris libra seni percussis sunt, notam pecudum intulit et

et impressum esse ex altera parte Janum geminum, ex altera ro-

strum navis, in triente vero et quadrante rates. Mutatis a assis

pondere, quis dubitet reliquæ monete pondus simul imminutum?

ut ex gr. unciæ, qui antea nummus à pondere, nomen accepit,

duodecima pars libra tunc esse desit, cum as item libralis desisset.

nomen tamen unicia deo semper retinuit, quia semper duodecima
pars asis fuit, quocumq; is pondere percussus est.

Dupondium duo asses, inde dictum, quod a librali ab initio fuit, et pondus
libram significabat

Trepass tres asses: Octupass octo: Quinquagesis, quinquaginta.

Quadrupass, quatuor asses: Nonupass novem: Sexagesis, sexaginta.

Quinquagesis quing, asses: Decupass decem: Septuagesis septuaginta.

Sexupass sex asses: Bicupass viginti, octogessis, octoginta.

Septupass septem: Tricupass triginta: Nonagesis, nonaginta.

Centupass centum: quod majus aëris vocabulum reperiri Varro negat.

Hic exceptionem addo duplicem, primum aëream monetam post argen-
tum signatam, supra assem nullam fuisse; cum esset usus argenti com-
modior. Deinde omnes nummos à Dupondis ad centupass, quandiu
in usu fuerunt, non tanto plus aëris singulos singulis habuisse, quantum
nominis ratio significat; sed in vocabulis analogiam servatam, in
pondere consultum esse utentium commodo, sicuti nec semper as
libra fuit ut pondus, sed libra nomen in moneta.

Assem a. pro uni-
versa hereditate, egypt, partes pro partibus hereditatis antiquos user-
passe, ita notum est, ut omittendum existimem, praesertim qui memi-
nerim ad quem scribam. Finem igitur faciam, si prius illud dixero,
fabulosum videri, quod ab Eusebio in Praenestis proditum est, à Numo
Pompilio tum ligneos tum sorteos asses pro congiario populo da-
tos; Nam et Plinius rud aëre ante Servium Regem usa esse, hinc
testimonio probat, nulla neq; lignei neq; sortei nummi mentione.

et scias si as, ut ait Varro, ab aëre dictus est, qui possunt lignei et
sortei asses nominari? Haec de aërea moneta, si vacabimus,
propedem aliqua. Vale. Venetis IX. Cal. Jan. M. D. LXX.

Inscriptio.
Al Mag: my Andrea Duditio mio C.
Padova.

Andrea Duditio, Pauly Martini S.

169.

Epistola secunda de nummo Romano.

Argentæi nummi sunt omnino sex, teruncius, semibella, libella,
sestercius, quinarus, denarius, quibus de singulis, quae digna literis vi-
deantur, haec ferè sunt.

Teruncius minimus ex argenteo nummo, à tribus unciis nomen accepit;
non, quod in eo tres irent argenti unciae, sed quod tantidem